



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Agenda, Sev Ritvale Osnabrvgense**

**Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>**

**Coloniæ Agrippinæ**

Processio in quacunque tribulatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41233**

tionem meam. *Resp.* Et clamor meus ad te  
veniat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum  
spiritu tuo.

## Oremus.

**D**A, quæsumus, Ecclesiæ tuæ, misericors  
Deus, ut, sancto Spiritu congregata,  
hostili nullatenus incursione turbetur.

## Oratio.

**D**EUS, qui culpâ offenderis, poenitentiâ  
placaris; preces populi tui supplicantis  
propitius respice; & flagella tuæ iracundiæ,  
quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

## Oratio.

**O**Mnipotens sempiterne Deus, in cuius  
manu sunt omnium potestates, & om-  
nium jura regnum; respice in auxilium  
Christianorum, ut gentes Turcarum, (*seu*  
*Hæreticorum,*) quæ in sua feritate confidunt,  
dexteræ tuæ potentia conterantur. Per Do-  
minum nostrum Iesum Christum, *&c.* Exau-  
diat nos Dominus. *Resp.* Amen.

Processio in quacunque tribu-  
latione.

**S**ervatis omnibus, ut supra, in Litanis majori-  
bus, ac finitis Litanis, dicitur, Pater no-  
ster, *&c.*

T t t

Vers.

Pag. 156.

*Vers.* Et ne nos inducas in temptationem.

*Resp.* Sed libera nos à malo. *Psalm. 19.*

**E**Xaudiat te Dominus in die tribulationis;

*&c. ut supra. In fine. Gloria Patri, &c. Vel*

*Psal. 90. Qui habitat in adjutorio &c. ut supra.*

*Quo finito dicuntur Versus: Deus refugium nostrum & virtus. Resp. Adjutor in tribulacionibus. Vers. Salvos fac servos tuos, Domine.*

*Resp. Deus meus, sperantes in te. Vers. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis.*

*Resp. Miserere nobis. Vers. Adjuva nos, Deus salutaris noster. Resp. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. Vers. Domine,*

*exaudi orationem meam. Resp. Et clamor meus ad te veniat. Vers. Dominus vobiscum.*

*Resp. Et cum spiritu tuo.*

Oremus.

**N**E despicias, omnipotens Deus, populum tuum, in afflictione clamantem; sed, propter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus.

Oratio.

**I**Neffabilem misericordiam tuam, Domine, nobis clementer ostende; ut simul nos & à peccatis omnibus exuas, & à poenis, quas pro his meremur, eripias.

Oratio.

*Oratio.*

**C**Oncede nos famulos tuos , quæsumus  
Domine Deus , perpetua mentis & cor-  
poris sanitatem gaudere , & , gloriofa beatæ  
Mariæ semper virginis intercessione , à præ-  
senti liberari tristitia, & æterna perfrui læti-  
tia.

*Oratio.*

**T**RIBULATIONEM nostram , quæsumus Do-  
mine, propitius respice ; & iram tuæ in-  
dignationis, quam justè meremur, averte.

*Oratio.*

**D**EUS, refugium nostrum & virtus; adesto  
piis Ecclesiæ tuæ precibus autor ipse  
pietatis ; & præsta , ut , quod fideliter peti-  
mus , efficaciter consequamur. Per Domi-  
num nostrum Iesum Christum, &c.

Preces , dicendæ in Processione pro  
gratiarum actione.

*Initio Processionis cantatur Hymnus.*

**T**E Deum laudamus: te Dominum confi-  
temur.

Te æternum Patrem : omnis terra vene-  
ratur.

Tibi omnes Angeli : tibi cæli, & universæ  
potestates.

Ttt 2

Tibi